

9

394 DE BELLO CIVILI

constiterant, significare coeperunt, ut statim dimitte-
rentur, neq; ^{omni} ^{interposita} ^{stae} firmum esse posse,
si in aliud tempus differretur. Paucis quum esset in
utranq; partem uerbis disputatū, res huc deducitur,
ut ij qui habeant domicilium, aut possessiones in Hi

32 spānia statim: reliqui ad Varum flumen dimittantur:
ne quid eis noceatur, ne' ue quis ^{inuitus} ^{sacrameto} ^{co-} ^{gatur,} ^a ^{Cesare} ^{cauetur.} Caesar ex eo tempore dum ad

*n. imp. Caesar
inuitus cogat.
Caesaris liberali-
tate ministeria*

flumen Varum ueniat, se frumentum daturum pol-
licetur. Addit etiam, ut quid quisq; eorū in bello ami-
serit, quae sint penes milites suos, ijs qui amiserint, resti-
tuatur: militibus aequa facta aestimatione pecuniam
pro his rebus soluit. Quascunq; postea controuersias
inter se milites habuerant, sua sponte ad Caesare intro-
dixerunt. Petreius atq; Afranius quum stipendiu ab
legionibus penē seditione facta flagitaretur, cuius illi
diem nondū uenisse diceret, Caesar ut cognosceret, po-
stulatu est. Eoq; utriq; quod statuit, contenti fuerunt.

*Copiarum
in missis*

Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa, duas
legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit, ut nō
longo inter se spatio castra faceret, eiq; negotio Q. Fu-

*Hirtius C. Iulium
Calpurnius Caesar for-
ipso bello ad Consulatum
missus, qui post
Consulatum Caesaris 2. anno
urbis 707.*

sum Calpurnum legatum praefecit. Hoc eius praescripto
ex Hispania ad Varum flumen est iter factum,
atq; ibi reliqua pars exercitus di-
missa est.

*Varus flumini C. Iulii
Italia Galliaq; Narbonensium
discriminat. Vide Plin. lib.
3. Cap. 4.*